



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

LX. Papst Innozenz IV. genehmigt auf Bitten des Markgrafen von Meißen
die Vermählung seines Sohnes Dietrich mit der Prinzessin Agnes von
Brandenburg, am 15. Juli 1253.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

LIX. Bernhard und Albrecht, Grafen von Dannenberg, beurkunden den mit der Stadt Lübeck unter vierzehntägiger Aufkündigungsfrist abgeschlossenen Waffenstillstand, welchen sie bis zu persönlicher Rücksprache mit den Markgrafen zu halten gedenken, im Mai 1253.

Bernhardus et Albertus, dei gratia Comites in Dannenburg, Consulibus ac communitati Ciuitatis Lvbicensis cum beniuolo affectu salutem in domino. Mandatum dominorum nostrorum, Marchionum de Brandenburg, recepimus in hac forma, ut treugas vobiscum seruemus ad tempus. Quorum precibus ac mandato in omnibus cupientes anuere, vobis intimamus, quod treugas vobiscum libenti seruabimus animo, ita ut interim burgenses vestre Ciuitatis libere et absque omni impedimento vbicumque voluerint negociis suis peragendis, nullo a nobis aut a nostris habito timore, valeant euagari: quas tam diu inuolabiler intendimus obseruare, quousque dominis nostris Marchionibus personaliter super eo loquamur, et ipsas treugas nostris litteris patentibus nos retractare contingat. Petimus igitur, ut interim ciues nostrarum Ciuitatum eadem libertate gaudeant a vobis ac a vestris, et plenum habeant ducatum ad ciuitatem vestram eundi et redeundi pro suis mercimoniis exercendis. Ceterum decreuimus, dum sepedictas treugas retractari contingit, quod ipse treuge post hoc ad XIII^m dies ex vtraque parte inuolate teneantur, vt medio tempore ciues vestre Ciuitatis cum bonis suis, et nostrarum Ciuitatum similiter ad propria redire valeant indempnes. Vt autem treuge prelibate, omni subtilitate exclusa, ex parte nostra et nostrorum inuolabiler obseruentur, presentem paginam in sufficiens testimonium sigilli nostri appensione fecimus roborari. Datum anno domini M^o. CC^o. LIII^o., Mense Maio.

Aus der Lübeck'schen Urkunden-Sammlung I, Nr. CXCv.

LX. Paps Innocenz IV. genehmigt auf Bitten des Markgrafen von Meissen die Vermählung seines Sohnes Dieterich mit der Prinzessin Agnes von Brandenburg, am 15. Juli 1253.

Innocentius etc. Theodorico, nato nobilif uiri marchionif Misnensif. Etsi coniunctio copule coniugalif in quarta consanguinitatif uel affinitatif linea sacris sit canonibus interdicta etc. Cum igitur, sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, nobilem puellam Agnetam, natam nobilif uiri marchionif Brandenburgensif, cum qua iam contraxisti sponsalia, ducere pro pace inter parentes uestros reformanda desideres in uxorem, nos dilecti filii nobilif Viri marchionif Misnensif patris tui precibus inclinati, ut eandem puellam, non obstante, quod quarto gradu consanguinitatif uobis ad inuicem attinetis, matrimonialiter tibi copulare ualeas, tecum auctoritate presentium dispensamus. Nulli igitur nostre dispositioni etc. Datum Assisii, Idibus Julii, anno Decimo primo.

Nach einer Abschrift aus dem Vaticanischen Geh. Archive Epist. Innoc. IV. Epist. Ann. XI. Nr. 76.